

## 120 MVLTIPLICATIO

pars est numeri 9. vel quemadmodum numerus productus 3. continet  $\frac{1}{3}$ . nouies , ita numerus 9. continet nouem vnitates. Non est igitur mirum , quod minor numerus producatur vtraque minutia multiplicante. Si tamen integra per fractionem multiplicentur, producitur quidem numerus quoque minor illo numero integro , maior vero fractione multiplicante, Ut in proximo exemplo patuit, vbi ex multiplicatione 9. per  $\frac{1}{3}$ . productus numerus fuit  $\frac{2}{3}$ . hoc est, 3 Sic etiam si integra per integra cum fractione, vel integra cum fractione per integra cū fractione multiplicentur , semper producetur maior numerus vtroque numero multiplicante, propter numerum integrum multiplicantem integra. Vt ex multiplicatione 4. per  $3\frac{1}{4}$ . fit numerus  $\frac{52}{4}$ . hoc est, 13. quia numerus 4. ter sumptus facit 12. & quarta eius pars est 1. Vel quia numerus 3. sumptus quater facit 12. & minutia  $\frac{1}{4}$ . sumpta quater facit  $\frac{1}{4}$ . id est, 1.

DIVISIO FRACTORVM NV-  
merorum CAP. XIV.

Dinisiō  
minutia-  
rum quo-  
modo  
fiat.

*Illustrat huc*  
*Hrinius*  
P. 93.

**F**acilitatis gratia Divisionis regula ad regulam multiplicationis reduci poterit hoc modo. Commutentur termini diuisoris , id est , numerator scribatur infra lineolam, & denominator supra eandē. Quo facto, si regula multiplicationis cap. præcedenti tradita seruetur , id est , si tam numeratores, quam denominatores inter se multiplicentur, producetur numerus Quotiens. Ut si diui-